

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Honor Ultimus Idemq[ue] Debitus ... Foeminae Annae Iulianae E Prosapia
Fortiorum ... Viri ... Dn. Michaelis Siricii, Theologi Excellentissimi, Coniugi
Suavissimae, Desideratissimae ...**

Gustrovi[i]: Scheippel, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777436868>

Druck Freier  Zugang



HONOR ULTIMUS IDEMq;
DEBITUS

NOBILISSIMÆ ET LAUDATISSIMÆ
FOEMINÆ

ANNÆ JULIANÆ

E Prosapia FORTIORUM, apud Mœno-
Francofurtenses Celeberrimorum, oriundæ,
VIRI MAGNIFICI ET SUMME REVERENDI

DN.D.MICHAELIS
SIRICII,
THEOLOGI Excellentissimi,
CONJUGI Suavissimæ, Desideratissimæ,

Die 11. Jul. anni 1677. circa 7. pomerid. verâ in Je-
sum, Salutis suæ Assertorem, fide, placidè ac molliter
Defunctæ, atq; 18. ejusdem mensis die, honorificis
planè & Christianis Exequiis, in Templo apud
Gustrovienses Cathedrali Terræ
mandatæ,

Benevoli Affectus & Sinceræ Pietatis ergo
exhibitus ab

A M I C I S.

GUSTROVI, Typis SCHEIPPELIANIS.

Non debet tristi sublatas morte Propheta
Delicias vultus flere, vetante DEO!
Sunt hodiè graviora, DEI deflenda Mi-
nistro,
Qvæ pectus cruciant nocte dieq; pium...!
Interea lenire tuo solamine vulnus,
Atq; superstibus parcere, CHRISTE, velis!
Hermannus Schuckmann/D.

SIRICIAE, dum viveret, piissimæ
S invisa justa Francofurto patriæ,
Giesseq; nostra Gustrovis parare cogitur!
Et terra nostra Mater est demortuæ,
cui terra qvævis patria in vivis erat.

Hæc ipsa justa dura nobis omnibus.
Sed duriora nemini, qvam Conjugi,
& liberis, qui maximam partem sua
ex morte Matris damna pullulantia
non credidisse propter ætatem queunt.

Veruntamen non omnis illa mortua;
Sed multa pars Ipsius in cœlo capit
coeleste nectar, atq; mille basia.
Ibi corollis mille cincta succinit
coelestibus coram throno Sanctissimi,
Sibi, nec ulli cognitis prius modis.

Gratamus Illi de perenni gaudio.
Sit corpori, qvod Spiritus Sancti fuit
habitaculum gratum, qvies mollissima.

Et

Et Conjugi, cum liberis superstiti,
fiat, salutis ut fruatur gaudio,
Et mentis impetus rebelles spiritu
compescat, acqvescens unicè Deo.
Huic de Sione fulciet animum suum,
ut salvus interesse possit, & diu,
Ecclesiæ, suisq; charis liberis.
Revisat ille serius costam suam,
Sed gaudio prolixiori, qvām redux
nuper; Qvod intimis tamen suspiriis
poposceramus arbitrum vitæ booum.

Condolens, & ex pio affectu p.

M. Nicolaus Heidemann
Past. Cathedr.

Sic semper Lachesis FORTIA pectora
Sernet; Fœmineum sic Decus, impigro
Messori similis, demetet; Heu! Modus
Qvis tandem lacrymis erit;
Messim dives adest; gaudia conferens;
Sed Te, MOESTE, dolor maximus obruit,
En; haud vile bonum, sed TIBI concidit
Cordis dimidium tui.
Jactura hæc gravis est; At patientia
TE victrix animet, gaudeat ut diu
FORTI Ecclesia TE Præsule, cùi DEUS
Det Te vivere; Det, Tuis!

Con-

Conjūx ludibriis eruta seculi
Pravi perpetuūm gaudia habet polō,
Amplexu facili FORTIUS híc tenet
JESUM, DELICIAS SUAS
Observantia Εἰ συμπαθείας ergo
scrib: τερέλυτρο
M. Johannes Marci,
Eccles. Paroch.

EPITAPHIUM
B. M.
NOBILISSIMÆ SIRICIAE
etc. etc.

Dum vixi, Christo semper Duce & Auspice vixi,
Atq; fui Capitis pars qvotacunq; mei.
Uxor eram, (qvis major honos?) pergrata SIRICI,
Is sociam qvondam jussit adesse tori.
Vis Vitam? timui, peperi, coluiq;, & amavi,
Morborumq; tuli, sed patienter, onus.
Mortua non morior, vivo Tibi, Christe Redemtor,
Cui animas uno funere reddo duas. (gum
Vivimus híc Mater longum, & meus embryo lon-
Undiq; in amplexu, Christe benigne, Tuo.
Ergo, MARITE, precor, NATIq;, qvi escite lessū,
Ecce levat Vestram Spiritus ipse crucem.
Jamq; dies aderit, jamjam tuba postuma clanget,
Cum Nos æterno junget amore DEUS.

Erig. pietatis ac συμπαθείας nomine
M. Lucas Schröder /
V. D. M.

Letzes Ehren-Denkmal.

mich aus Leimen gemacht! sagt der wohlge-
te Hio b.. Künstliche Arbeit fand man an den
Säulen. Man weise mir etwas Künstlicheres
der Sonnen als den Menschen. Auch die
resten Kunst-Stücke der Seiden-Sticker mi-
diesem Bildnus weichen. Mühsamen Fleiß
stien die Kinder Seths anwenden / ehe sie die
Le zur volkommenheit in die Höhe brachten.
für Mühe wird erfodert / ehe ein lallendes
aus den Windeln auff die Beine gebracht w.
Mit vielen Sorgen ist die Aufferziehung um-
ben. Allein / wie viel Zeit bestund endlich
Säule in ihrem glänzenden Ansehen? kaum
lange als sie darüber gearbeitet hatten. Und
lange kan wol ein sterblicher Mensch sich seines
fälligen Lebens rühmen? Nicht ein Jahr /
einen Monat / nicht eine Woche / nicht einen Tag /
nicht eine Stunde / ja nicht ein Augenblick ist
dessen beständig versichert. Ist jemand / der
hinfällige Nichtigkeit an ihm selbst nicht kan
werden / (massen dann die menschliche Schwie-
heit allezeit eher an einem andern als an sich er-
kennet wird) der werffe nur einen Blick auf
iht eingesargte Wohlfel. Fr. Doctorin E-
zin; die war ja in Wahrheit eine solche Säule/
an die gütige Natur an Künstlicher Erbau-
Auffarbeitung nichts vergessen hatte. Ihr
Schlecht war rühmlich / die Aufferziehung kost
die Gestalt ansehnlich / der Verstand fürtrefflich
das Gemüthe ehrlich / das Herz aufrichtig /

